

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vetus Testamentum - Cod. St. Peter perg. 88 - 91

Vetus Testamentum - St. Peter perg. 91

[S.l.], [14. Jh.]

Prologe

[urn:nbn:de:bsz:31-28488](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-28488)

quos eius in die tribulationis.
 quoniam iuxta est dies domini super omnes
 gentes. Sicut fecisti fiet tibi.
 retributione tua uerteret in ca-
 put tuum. Quomodo enim bibisti
 super montem sanctum meum: bibent
 omnes gentes iugiter. et bibent
 et absorbent. et erunt quasi non
 sint. Et in monte sion erit sal-
 uatio: et erit sanctus. Et posside-
 bunt domus iacob eos qui
 se possiderunt: et erit domus
 iacob ignis. et domus ioseph
 flamma. et domus esau sti-
 pula. et succendet in eis et de-
 uorabunt eos. et non erunt reli-
 quie domus esau: quia do-
 locutus est. Et hereditabunt
 hi qui ad austrum montem esau.
 et qui in campestribus philis-
 tim. Et possidebunt regionem ef-
 fraim. et regionem samarie. Et
 beniamin possidebit galaad.
 et transmigratione exercitus huius
 filiorum israel. omnia chananeorum
 usque ad sareptam. et transmigra-
 tio ierusalem que in bosphoro est
 possidebitur ciuitates austrum.
 et ascendentes saluatores in mo-
 tem sion iudicare montem e-
 saui. et erit domino regnum. **Explicit**
abdiar. Incipit plog in iona p-
pham.

Ionam sanctum hebrei affirmant
 filium mulieris uidue sarepte-
 ne: que helias propheta mortu-
 um suscitauit. matre postea di-
 cente ad eum. Nunc cognoui
 quia uir dei es tu: et uerbum
 dei in ore tuo ueritas. Ob hac
 causam etiam ipsum puerum sic uo-
 catum amathi. Amathi enim in
 nostra lingua ueritatem sonat.
 Ex eo enim quod uerum helias lo-
 cutus est: ille qui suscitatus
 est filius esse dei ueritatis. Ideo de
 ueritate columba nascitur: quia
 ionas columbam sonat. In con-
 demnatione autem israel ionas
 ad gentes mittitur: quod ninuue
 agente penitentiam illi in ma-
 licia perseuerarent. Temporibus
 quippe ioboam regis israel. qui
 deo derelicto cum populo suo. isa-
 maria idolis sacrificauerat.
 ionam fuisse historia quar-
 ti libri regum indicat. cum
 propheta illuminante pecca-
 tores ciuitates ninuue dei
 misericordiam persecutos uideret. **P**
 propheta ergo ne falsa predicare
 uideretur: ad denunciandum i-
 teritum eiusdem ciuitatis ue no-
 lebat. Nam sicut deus ad abra-
 ham de impietate sodomorum lo-

pham

cutus est. clamor sodomorum et gomorreorum puenit ad me. ita et de ninive dicitur eo quod ascenderit clamor malicie eius ad eum. Et sicut sententia dei de sodomis facta minime reuocata est: ita et ionas aduersum ninuen placam reuocari uolebat. diuine dispensationis ignorans: qui salutem hominum ad se uerentium magis uult quam interitum. **Hoc autem accidit quod et scilicet heliseo: qui filium sumamitis mulieris mortuum ignorauit. Ideo a conspectu dei fugere se ionas putauit. huiusmodi aliquid passus dicere dauid. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam?** **Ita alius**

ionas interpretatur columba: naufragio suo passionem domini prefigurans mundum ad penitentiam reuocat: et sub nomine ninive salutem gentibus nuntiabat. **Explicit prologus. incipit textus.**

Factum est uerbum domini ad ionam filium amathi dicens. Surge et

uade in ninive ciuitatem gentem et predicata in ea: quia ascendit clamor malicie eius coram me. **Et surrexit ionas ut fugeret in tharsis a facie domini; et descendit iopen: et inuenit nauem euntem in tharsis a facie domini. et dedit nauem ei? et descendit in eam: ut ueret in tharsis a facie domini. Dominus autem misit uentum magnum in mare. et facta est tempestas magna in mari: et nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nauite: et clamauerunt uiri ad deum suum. Et miserunt uasa que erant in naui in mare. ut alleuarentur. Et ionas descendit ab eis ad interiora nauis: et dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore deprimis? Surge inuoca deum tuum: si forte cogitet deus de nobis. et non periamus. Et dixit uir ad collegam suum. Venite et mittamus sortes: et sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: et cecidit sortis super ionam: et dixerunt ad eum. Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis. Quod**

illi

